

Sancti Jacobi, die 12 Novembris a. 1962.

257/62-R.

EMINENTISSIME DOMINE,

Nuper Apostolicam Constitutionem "Veterum Sapiaentia" Ordinationesque istius Sacrae Congregationis de Seminariis et de Studiorum Universitatibus, accepimus.

Gratias quam maximas Eminentiae Tuae Reverendissimae reddere valemus simulque certiore Te facere praedictam Apostolicam Constitutionem eiusque Ordinationes nobis diligentissime perpendendas esse. Pontificium Athenaeum Chilense, Summi Pontificis mandato obtemperans, magnopere exoptare, ut, qua sua est facultate, omnia haec studiose ac fideliter exsequantur.

Obsequentissimi animi nostri sensus Eminentiae Tuae Reverendissimae promere et in Christo permanere laetamur.

ADAMIRUS RAMIREZ GONZALEZ
Prorector Pontificiae Universitatis Catholicae Chilensis

Em. mo ac Rev. mo Domino
Dn. JOSEPH CARD. PIZZARDO
Prefecto Sacrae Congregationis
de Seminariis et de Studiorum Universitatibus
ROMAE